Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

108) Vide supra Add. 104.

109) Hermannus Contr. ad an. 1039. De S. Cunegunde Martyrologium Romanum ad V Nonas Martii: Bamberga S. Cunegundis Augusta, quæ Henrico primo Imperatori nupta cum virginitatem ipso annuente servasset, bonorum operum meritis cumulata, sancto fine quievit, et postmortem miraculis claruit. Plura vide in Actis SS. ad hanc diem et 15 Julii.

110) Annales Altaicenses apud Brunnerum Annal. Boii. l. 10. Hermannus Contr. ad an. 1047. Wibertus in vita Leonis IX apud Falkensteinium Hist. Bav. p. II, p. 290.

/ et 1049.

111) Hermannus Contr. ad an. 1047. / Brunner Annal. Boii l. 10. Adelzreiter Annal. Boii. p. I, l. 17. De genere hujus Conradi Boici, scriptores nil tradunt, quod ~~tu~~ fere credi posset. Sunt, qui Carinthiæ Ducem velint, Conradi ~~filium~~ anno 1039 mortui filium. Sed, assertores istos omni fundamento carere, contendit Pesekrus in Serie Duc. Carinth. Alii e Schyrensium Comitum familia ortum putant apud Brunnerum Annal. l. 10. ~~Albizius Ottonis Suevia Duci filium esse~~ Anonymus autem Brunvillariensis Monachus, aliique apud Falkensteinium Hist. Bav. p. II, hunc Conradum vocat Cunonem filium Ludolfi Comitis Ludphaniæ, nepotem Ehrenfridi, pronepotem Hermanni, abnepotem Arnulfi mali, Ducem Bavariæ.

/ p. 290.

112) ~~Anno~~ ad eundem annum 1047 Jac. Brandisius in Chron. Capitan. Tirol. p. I, hæc habet: Bald hinnachdat hechst gedachter Khaiser ain Reichstag zu Nernberg gehalten, darbei diser Herzog Conrad aus Bayern, Item Welfo Graf am Lehrain unnd an der Etsch auch erschienen. Guelfo ipse hujus nominis III Comes Altdorfii et Savensburgi, multorumque ad Lycum et Athesim ~~fundorum~~ bonorum Dominus, Guelfonis II (de quo supra Add. 96 et 103) / hoc eodem anno, forte in eisdem Comitiis Duce Carinthiæ factus est, teste Hermanno Contr. ad h. a. ubi: Quo tempore Welf Comitem Suevigenam, Welf dictum Comitis filium, Carentani Ducem promovit. V. Peslemus in Ser. Duc. Carinth.

/ filius

113) In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum fiat omnibus --- qualiter nos ob devotionem et devotum servitium nostri fidelis ac dilecti Brixinensis Ecclesiæ Episcopi Popponis Forestum in pago Bustrisa, in comitatu Sigefridi Comitis situm, infra terminos quos